

tionis, quam per filium suum ^{x)} Salomonem Deus perfici voluit. Unde et gratulabundus cecinit: *Et repulit* ^{y)} *tabernaculum Ioseph et tribum Effrem* ^{z)} *non elegit, sed elegit tribum Iuda montem Syon quem dilexit* ¹⁾ et cetera; de quibus sermo copiosior sese offerret, nisi quia
5 brevitati studendum et fastidium vitandum est ²⁾.

13 Qua tandem voce, qualibus verbis exprimere potero magnitudinem vexationis, quæ (ut supra iam dixi) ³⁾ hunc intellectum dedit vel ^{a)} adauxit auditui? Vehementer quippe vexatus sum et (ut hoc breviter edicam ^{b)} pene mihi contigit oculum meum dextrum eruere et proicere
10 a me ⁴⁾, pene accidit dexteram ^{c)} manum meam et pedem abscindere ^{d)} et proicere a me. Scandalizabat enim me ita, ut pene ab isto recedere loco ^{e)} deliberassem, dum turrim reedificare domumque firmam extruere ^{f)} inchoaret tanta loci importunitate, tanta claustris huius infelicitate quantam nulla unquam anima religiosa tolerare aut saltem videre
15 posset patienter, si res ad effectum perducta fuisset. Turris quippe est angularis, id est in angulo stans, qui duos venientes e diverso parietes claustris coniungit. Mirum quod ille meus dexter oculus, dum eiusmodi opus iniret, non videbat aut videre ^{g)} nolebat initium fore destructionis id ipsum opus nostre professioni, quam tamen venerari et promovere
20 solitus fuerat ^{h)}. Etenim quid ⁱ⁾ aliud sperari poterat? Spiritualis ^{k)} namque propositi viris aut feminis silentium solitudinis libertas vel securitas et quedam munitio est, et econtra strepitus eiusmodi quasi captivitas est. Hinc ^{l)} est ille titulus psalmi septuagesimi: *Psalmus David filiorum Jonadab et priorum captivorum* ^{m)}. Est enim hic sensus eiusdem tituli
25 secundum litterale negotium, quia Ionadab sacerdos filiis suis a vino abstinere et in tabernaculis habitare precepit ⁿ⁾; instante autem Babylonica incursione propositum excedere compulsi sunt et de tabernaculis avulsi civitatem introierunt ^{o)}, unde et priores captivi recte dicti sunt ^{p)}. Hoc namque modo, dum civitatis obsesse mēibus includuntur, ipsi prius captivati ^{q)} sunt quam ceteri homines eiusdem ^{r)} terre capta civitate ^{s)}
30 in Babyloniam ducerentur, quæ fuit captivitas eorum. Secundum spiri-

x) eius B y) reppulit B z) Ephraim AM Vulg.

13 a) et AJM b) dicam AJM c) dextram AJM d) abscidere B
e) loco reced. B f) exstrueret M g) videret M h) erat B i) qui M
k) spiritalis J l) Hinc bis Ende c. 13 fehlt J m) captivitati M n) eius de B
o) civitate fehlt B

1) Ps. 77, 67 f. 2) S. o. S. 413 Anm. 56 3) c. 11; vgl. Jes. 28, 19 4) Vgl. Matth. 18, 8—9; Marc. 9, 46 auch für das Folgende 5) Ps. 70, 1 6) Jer. 35, 7 7) ib. 11